rat venit quartus egenus cui reſiduum panis
dari iuſſit. iterum diſcipulo murmurante con=
fortauit eum in fide. vixqꝫ ſermonem comple=
uit. Ecce quattuor nauicule ſcḋm numeruʒ pau
perum mittuntur ei cibo et potu plene Ecce
S vnum ⁊ p̄mum p̄mium hominū miſericordiam
videlicet augmentum tēporalium. ⁊ hec eſt mē
ſura bona quia qui dat pauperi nō indigebit.
Prouer. xxviij. Ideo ad miſericordiā hortat̄
vnūquēqꝫ Petrꝰ rauenen. i ſer. da paupi micā
vt accipias tortā. da paupi vt det tibi. q꞉ qc=
quid dederis paupi tu habebis. et qḋ a te non
accipit paup habebit alter. Et idem Petrus de
clarat ꝙ deus retribuit elemoſynā cuʒ fenore.
deus ad vſurā accipit vnuʒ ꝓ centū et tñ homi
nes nolūt cuʒ eo habere ꝯtractum. Quare. q꞉
forte ſolliciti ſunt de cautione. Nonne exiguē
hō cartule obligatione ꝯſtringit̄ deus tot ⁊ tā
tis voluminibꝰ canit et debitor nr̄ tenet̄? exiſti
mo ꝙ ſeipm reſtituet exigēti. q꞉ non poteſt ille
mentiri. Idem eni ipſe eſt executor ⁊ debitor.
nec erit in reddendo durus. q꞉ largitor ē ꝓfu=
ſus. Secundū p̄miū eſt remiſſio iniq̄tatuʒ. Iu
xta illud Prouer. xvj. Iuſticia et miſericordia
redimit̄ iniq̄tas. Et Eccli. iij. Quia ſicut aq̄ ex
tinguit ignē. ita pctm̄ extinguit elemoſyna. iō
hortat̄ Daniel nabucho. Pctā inquit tua ele=
moſynis redime. Dan. iiij. quia elemoſyne ſunt
p̄cium redemptionis anime quā vendidit pec=
cator ere peccatoꝝ. Sicut declarat Augꝰ ſup
illo v̄bo. precium redemptionis anime ſue. ps̄
xlviij. Illi inq̄t p̄ciū habent anime ſue qui non
ceſſant elemoſynas facere. Et hec eſt menſura
T conferta. i. plena. Tertium p̄mium ē liberatio
penalitatū. Nam ꝓpter miſericordiā quam q̄s
facit pauperi, deꝰ miſeret̄ ſibi a penis eternis
eū liberādo. Quia ſup illo v̄bo. ps̄. xl. Beatꝰ
q̄ itelligit ſup egenū ⁊ paupem in die mala ⁊c.
dicit Petrus rauenen̄. In die mala deꝰ illi libe
rator aſſiſtet q̄ pauperem a malis liberauit. nā
ſine cauſa pctm̄ accuſat̄ qḋ paup excuſat. imo
accuſari nō poterit quem ſacietas paupis ex=
cuſauit. diem v̄o malum videbit qui dıē iudicij
ſine aduocatiōe paupis itrabit. Deniqꝫ q꞉ au=
diuit egenum rogantē audit toto orbe terrarū
eccl̄iaʒ ſic rogantē. deus ꝯſeruet eū ⁊ viuificet
eū. Cōſeruat eum ne rapiat̄ ad penā. viuificat
vt reſurgat ad vitaʒ. da ḡ pauperi panem. da
potum. da veſtimentuʒ. da tectum ſi debitorē.
non iudicem vis habere deum. hec ille. ⁊ hec ē
menſura agitata. Quartum p̄mium ē donatio
V celeſtium voluptatum. Congruum eſt enim vt
qui hic pauperes voluptatibus ſuis refecerūt
ꝙ et ibi voluptatibus celeſtibus reficiātur. ⁊
qui h̄ eis neceſſaria negauerunt ꝙ ibi apud in
feros torqueātur. Iuxta illud quod dixit Pe
trus rauenen̄. in ſermone loquēs ḋ diuite epu=
lone ⁊ Lazaro. ob hoc inquit diues ille torque
batur apud infernum. quia Lazaruʒ non fece=
rat ſibi amicuʒ. Quid ergo ſunt pauperes qui
bus damus niſi Lazari noſtri per quos de ter=
ra ad celum migramus? Ecce pauper cui das
non habet quod retribuat. Sed cum pro te de
um orat. quaſi ad deuʒ clamat. domine mutu=
um accepi ab homine fideiube pro me ideo ⁊ ſi
non tenes pauperem redditorem idoneum. ta
men habes fideiuſſorem. quaſi diceret. Qui re
ſtituet tibi datum centuplum. et hec eſt menſu=
ra ſupereffluens quaʒ dabit in ſinum noſtrum
quod nobis preſtare dignetur.

Dominica quinta poſt feſtū ſancte trinitatis. Sermo primus.

OMnes vna
nimes in oratione eſtote com=
patiētes. fraternitatiſ amato
res miſericordes. modeſti. hu
miles. nō reddentes maluʒ ꝓ malo. vel maledi
ctum ꝓ maledicto. Sed econtrario benedicen
tes. quia ad hoc vocati eſtis vt benedictioneʒ A
hereditatis poſſideatis. ita habetur. j. Pet. iij
Ambroſius in exameron dicit. Apes quando
preſciunt celi temperiem profuturam cum ag=
mine procedunt ad opera ḋ alpheario ſup flo
res et prata ⁊ alie flores agregāt pedibus. alie
aquam ore portant. et interdum ita ſe aggra=
uant ꝙ non poſſunt ex grauedine ad alphea=
ria reuolare. veniunt ergo alie apes et ſic onu
ſtas exonerat et cum eis ad alpheare quaſi cō
gaudētes ſtudent ꝯuolare. Moraliter p apes
in propoſito ſignificantur immundi peccato=
res. Iuxta illud Eſaie. vij. Sibilabit dominus
api. i. imundum peccatorem per inſpirationeʒ
ad ſe vocat. Iſti igitur cum magno agmine. q꞉
ſtultorum infinitus eſt numerus. Eccleſiaſtes
p̄mo. Procedunt ad opera mala videlicet ad
flores voluptatum et prata vanitatum. Sicut
illi qui dicunt Sapien. ij. Venite fruamur bo=
nis et vtamur creatura tanquam in iuuentute
celeriter. bono vino et vnguētiſ nos impleamꝰ
⁊ non p̄tereat nos flos campi. id ē. amenitas
temporis. coronemus nos roſis anteq̄ꝫ mar=
ceſcant. nulluʒ pratum ſit quod non pertrāſe=
at luxuria noſtra. vbiqꝫ relinquamus ſigna le=
ticie. quoniam hec eſt pars noſtra. et ſic in
tm̄ ſe aggrauant voluptatibus et dulcedinibꝰ
peccatorum ꝙ dicere poſſunt cum ps̄. xxxvij.
Sicut onus graue grauate ſunt ſup me. Et ta=

lic͡ꝫ grauedine impediti et tardati nequiūt ad
alphearia ſancte eccleſie aut regni celeſtis re=
uolare. Quia ēm pſ̄. lxxvij. Homo eſt ſpiritꝰ
vadens ſcꝫ in pctm̄ et non rediens de per ſe a
peccato. Et ideo alie apes .i. homines hūiles.
de quibus dicit vnicuiqꝫ ſeorſum ipſe ſapiens
Eccī. xj. Breuis ī volatilibus apis .i. humilis.
inter ſuperbos debēt cōpati eorū aggrauatio
nibus et eis venire in adiutorium eoſqꝫ orati=
nibꝰ ſuis exonerādo. Iuxta illud apl̄i ad Gal̄.
vj. Alter alterius onera portate. vt ſic poſſint
ad aluear ſancte eccl̄ie videlicet ꝯgregationis
fideliū peruenire. Ad hoc etiā hortatꝰ Apl̄s
Petrus in verbis p̄aſſumptis. Oēs vnanimes
in oratione eſtote videlꝫ orantes pro peccato
ribus ⁊ eis cōpatiētes vt redeant ad fidelium
vnitatem. In hac epiſtola ducit nos primo ad
multiplicem virtutum perfectionē. ibi. omnes
vnanimes. ſecundo oſtendit quibus vult dare
glorie adeptionem. ibi. qui eni vult. tertio po=
nit inualidam maloꝝ perſecutionē. ibi. quis ē
B qui vob. Circa primū introducit nos ad mul=
tiplicē virtutū perfectionēꝫ cū dicit. omnes vna
nimes. Ubi nota Tullius. ij. rhetorice ſue dic̄.
Quidā pictor volēs formare imaginē pulchrā
videns ꝙ nulla eſſet ita ſpecioſa q̄n ibi eēt ali=
qua impfectio admixta. ꝯgregauit. vij. v̄gines
ſpecioſiſſimas a quaꝝ qualibet accepit ꝙ fuit
pulcherrimus et ſpecioſiſſimꝰ ⁊ dimiſit illō qō
fuit deformitatis. Sic ꝙ fecit pulchrā imaginē
nullā impfectionē hn̄teꝫ. Myſtice pictor ille ē
q̄libet chriſtianꝰ hō. imago v̄o eſt aīa. De qua
dicit Augꝰ. in li. de ſpū et anima. Aīa ē ſubſtā=
tia creata īmortalis deo ſilis imaginē hn̄s dei
creatoris. Hāc aūt volēs hō chriſtianꝰ facere
pulchrā nō inuenit aliquā ad eius ſil̄itudinem
faciat decorā. qꝛ omnes declinauerūt et ſil̄ in=
utiles facti ſunt. pſ̄. xiij. Et Roma. iij. Omnes
peccauerūt et egent grā dei. et ſic non eſt aliq̄
adeo pulchra q̄n habeat aliq̄d impfectionis. ⁊
dicere pōt cum Dauid pſ̄. cxxxviij. Imperfe=
ctum meū viderūt oculi tui. Ideo ꝯgregare dꝫ
ſepteꝫ v̄gines ſpūa'es .ſ. vij. v̄tutes a q̄bus qō
pulchriꝰ eſt debet ſumere ⁊ id qō deformiꝰ di=
mittere vt ſic imaginē anime ſue pulchrā pige=
re ⁊ ornare poſſit. Prima igiť v̄go vocatur cō
cordia. Et vt habeť ī libello qui dr̄ paradiſus
anime. cōcordia ad deū vera eſt ſe vniri volun
tati diuine in pſperis ⁊ ī aduerſis p poſſe ⁊ hꝫ
aliquid veritatis ⁊ aliq̄d falſitatis. Argumen
tum vere cōcordie eſt ꝙ ad omnes tam ſancte
ſe hr̄e debet hō vt nullus d̄ eo querela moueat
vel etiā verbū de ipſo loqui valeat. Ecce hec ē
pulchritudo quā ab hac v̄gine ſumere dēas p
aīa tua exornāda qꝛ diabolus nihil plus timet

niſi veraꝫ cōcordiā. vt dicit Hugo. qꝛ eo nihil
iocūdiꝰ. vt dicit pſ̄. cxxxij. Ecce ꝙ bonū et ꝙ
iocundū. ⁊c̄. vbi dicit glo. habitare in vnum oī
bus chriſtianis ꝯuenit qui in vnū dn̄t habitare
mente ⁊ fide. in cuiꝰ ſignum dicit Abraam ad
Loth. Queſo ne ſit iurgiū inter me ⁊ te ⁊ inter
paſtores noſtros. fratres eni ſumus Gen̄. xiij.
Hāc ḡ verā ꝯcordiaꝫ dēmꝰ inuiolabiliť obſua
re. qꝛ eſt vnū de illis que placita ſunt ſapienti.
Eccī. xxv. In tribꝰ bn̄placitū eſt ſpūi meo que
pbata ſunt corā deo et hoibus. ꝯcordia fratꝝ
amor pximoꝝ. ⁊ vir ⁊ mulier bn̄ ꝯſentiētes. q̄
ppť ſi occaſione q̄cunqꝫ fuerit cōcordia viola=
ta ſtatiꝫ dēt recōciliari. Iux illō. Uade recōci
liari fratri tuo. Mat. v. Cuiꝰ figura p̄ceſſit in
Ioſeph q̄ licꝫ fuit a fratribꝰ vēditꝰ ⁊ in ſ̄uē ſui
tutem redactꝰ. tm̄ faciliť fuit eis ꝯcordatꝰ ⁊ re=
cōciliatꝰ in ſignum puriſſime cōcordie et vere
oſculatus ē eos. Gen̄. xlv. Sꝫ ſignū falſe ꝯcor
die inter deū ⁊ hominē eſt q̄n aliq̄s non ſollici
te inueſtigat cōſciam ſuā. ⁊ ſic p erroneam cō=
ſcientiā credit ſe placere deo cū in oibus vere
diſpliceat. vel argumentū falſe cōcordie eſt q̄n
mali aduerſum bonos ꝯcordes fiant ſic̄ Bala
am ⁊ Balach ad maledicendum pplo dei facti
ſunt cōcordes Numeri. xxij. Et herodes .ſ. et
Pilatꝰ facti ſunt ꝯcordes ⁊ amici. vt chriſtum
morti ꝯdemnarēt. Luc̄. xxiij. Et hoc ē quoddā
deforme in hac v̄gine ꝯcordia. igiť pulchrū eſt
ſumēdū ⁊ deforme relinquēdū ne imago anime
tue p hoc deformetur. Secunda virgo a q̄ de=
bes ſumere pulchritudinē ē oratio q̄ ſignificať
p puellā quā hoies indie regiones miſerunt in
montem vt cantaret dulciter corā fonte. ⁊ hec
cauſa cantꝰ vt fons daret aq̄s largiſſime ⁊ to=
tam regionis ariditatē tempe irrigaret vt ſcri=
bit Soli. li. de mira. mundi. quia oratio mitti=
tur in montem celi vt cantet corā fōte chriſto
vt aq̄s grārū nobis largiſſime largiatur. Sed
hec puella aut virgo habet aliq̄d ſpecioſitatis
et aliq̄d diſſormitatis. dicit eni Alanus in ſpe
culo ſuo de arte p̄dicādi. c. de oratione. Que
dam oratio ē pniciosa q̄ petimus malū q̄lis fu
it oratio pditorē iude q̄ petijt pditionē ſaluato
ris. vnde in pſ̄. cviij. Oratio eius fiat in pctm̄
Alia ē oratio q̄ſtuoſa q̄ petimꝰ tpalia q̄lis fuit
oratio filioꝝ zebedei q̄ petierūt vt alť ſederet
ad dexterā. alť v̄o ad ſiniſtrā chriſti ī regno ſuo
quē credebat tpaliť regnaturū Mat. xx. Ter=
tia ē ī fructuoſa qua q̄s obſtinatꝰ petit ſaluteꝫ
eternā. de q̄ dn̄s dicit. Nō oīs q̄ dicit mihi dn̄e
dn̄e intrabit ī regnū celoꝝ. Mat. vij. Quarta
ē fructuoſa in q̄ cōtingentibꝰ nihil obmittiť de
q̄ dr̄ q̄cūqꝫ petieritis p̄reꝫ ī noīe meo dabit vo
bis. Primas tres petitiōes dēmus declinare

tanꝙ̃ defoꝛmes malas ⁊ infructuoſas quia de
foꝛmant aïas. Quartaȝ v̓o vnanimiter tenere
debemus vt illa oꝛõne vnus alteriꝰ ſtudeat ſa=
lutem poſtulare. Juxta illud Jac̃.v. Oꝛate ꝓ
inuicem vt ſaluemini. Quia dicit beatus Augꝰ
ſup beati imaculati. Nihil certe delectabilius
eſt in aure dñi ꝙ̃ pura oꝛatio directa de coꝛde
fideli. Ad exoꝛnãdã ḡ animaȝ tuam accipe de
hac v̓gine qđ ẽ pulchꝛiꝰ.ſ.fructuoſum ⁊ dimit
te qđ diſſoꝛmiꝰ eſt.ſ.ꝑniciosum queſtuoſum et
infructuoſum. qꝛ bona intẽtio oꝛatiõis coꝛ no
ſtrum oꝛnat ⁊ ſerenat. Sicut deteſtat̃ Auguſ.i
ſer.dñi.li.v. Quid tibi inquit opus ẽ ipſa oꝛa=
tione ſi deꝰ nouit quid nobis ſit neceſſarium ni
ſi quia ipſa oꝛatiouis ĩtẽtio coꝛ noſtrũ ſerenat
atqȝ purgat? Et ad excipienda diuina munera
que nobis ſpũaliter infundũtur capacius effi=
D cit. Tertia ſpũalis v̓go a qua debemus ſume=
re pulchꝛitudinẽ ad decoꝛãdam aïam eſt dile=
ctio vel fraternitat̃ amoꝛ. ⁊ hec habet etiã ali=
quid turpitudinis diſſoꝛmitatis vel falſitatis.
⁊ aliqđ pulchꝛitudinis vel veritat̃. Argumen
tum vere dilectiõis ꝓximi vel fratris eſt cõdo=
lere cum amico vel inimico in quacunqȝ aduer
ſitate vere. et ex coꝛde congaudere in omni ꝓ=
ſperitate. Argumẽtũ autẽ falſe dilectionis vel
odij ad ꝓximum eſt. qñ aliquis cum grauitate
mentis de ꝓximo cogitat. qñ ⁊ triſtis cũ videt
quando in amaritudine aïe cum ipo loquit̃ vel
de ipo loquitur vl̓ audit đ ipſo loqui omne bo=
num ipſiꝰ vel quod ſibi vtile eſt. quando poteſt
impedit quando bonũ quod in ipo eſt diminu=
it ⁊ ꝑuertit. hec ex ꝑadiſio anime. Et certe qui
hanc falſam dilectionem habet aut odium ad
ꝓximũ beſtialem habet animũ. quia dicit glo.
ſuper illo v̓bo pſ̃.xlviij. Homo cuȝ in honoꝛe
eſſet ꝙ homo cuȝ ad imaginẽ dei eſt factꝰ quã=
do ſtudet vanis compatus eſt iumentis. ex eo
ꝙ nõ agit ſ̓m rationẽ. Et dicit magiſter Hol.
ſuper eodem v̓bo. ꝙ homo ſine charitate.ſ.ve
ra viuens ⁊ cõtra rationem agens merito aſſi
milatur beſtijs. qui ḡ vult animam a beſtialita
te defoꝛmatã pulchꝛã facere debet veram dile=
ctionem ad pꝛoximum habere. ⁊ fraternitatis
amatoꝛ eſſe. Vñ ſacra ſcriptura ponit tres mo
dos fraternitat̃. qꝛ xp̃s dicit Mat.xxiij. Om
E nes vos fratres eſtis. Primo aliqui dicuntur
vterini ab eiuſdẽ vteri egreſſiõe. hoc modo fu=
erunt fratres Joſeph ⁊ Beniamin. Geñ.xlv.
Aliqui dicunt̃ fratres collactanei ab eiuſdẽ la
ctis ſuſceptione ſicut Manahen et Herodes.
Act̃.xiij. Tertio aliqui dicũtur fratres adop=
tiui ab eiuſdẽ hereditatis ꝑticipatiõe ſicͭ moy=
ſes fuit filiꝰ adoptiuꝰ filie Pharaonis Exo.
ij. Sic moꝛaliter omnes ſumus fratres de eo=
dem vtero eccleſie ſpũſſancti ſemine pꝛocreati
in quo vtero genuit nos pater v̓bo veritatis.
Etiam ſumus fratres collactanei de eodem la
cte manante ab vberibus ꝯſolationis eccleſie
Jdeo dicit dñs Eſa.vlt̃. Gaudete cuȝ domino
vniuerſi vt ſugatis ⁊ impleamini ab vberibus
cõſolationis eius. Ad cuiꝰ lactis ſumptionem
vel ſuctionem et ſpũalis dulcedinis cõſolatio
nem. inuitat nos apl̓s.j.Pet̃.ij. Quaſi mõ ge=
niti infantes ſine dolo lac ꝯcupiſcite vt creſca=
tis in ſalutem. Tertio etiam ſumus fratres ad
optiui ad hereditatẽ eandem.ſ.eterne felicita=
tis gl̓iam adoptati. Jux̃ illud. Vocati eſtis vt
hereditatẽ eternã poſſideatis.j.Pet̃.iij. Jdeo
merito debemꝰ ĩ pace ⁊ fraternali dilectiõe eẽ
vniti. Quarta v̓go dr̃ compaſſio. iſta etiam hȝ F
aliqđ pulchꝛitudinis vel veritatis vel aliquid
diſſoꝛmitatis vel falſitatis. Signum vere com
paſſionis ad ꝓximum eſt condolere afflictioni
bus ꝓximoꝛum tam coꝛpalibus ꝙ̃ ſpũalibus.
ſicut Moyſes q̃ tm̃ cõpatiebat̃ populo iſrael
peccãti qꝛ dicebat. dimitte eis hanc noxã. aut
ſi non facis dele me de libꝛo in quo me ſcpſiſti.
Exo.xxxij. Sed argumẽtũ falſe compaſſionis
ẽ cuȝ aliquis verba cõpaſſionis ꝓfert ⁊ vultũ
compaſſionis exhibet et tñ de afflictione ĩ coꝛ
de gaudet. ⁊ afflictionem eius non alleuiat vel
affligentes eum cuȝ poteſt non compeſcit. Sȝ
potius ad affligendum eum v̓bo ſigno ⁊ facto
alios ꝓuocat et confoꝛtat. et illud eſt quoddã
diſſoꝛme in compaſſione. Accipe ergo qđ pul=
chꝛum eſt et veruȝ.ſ.veram compaſſionem ſcȝ
ad pulchꝛificandũ tuaȝ aïaȝ et dimitte illđ qđ
eſt diſtoꝛtum. Jdeo dicit Joh. Caſſio. in li. col
la. Filij ꝓximum habete quaſi vnum de mem=
bꝛis veſtris. Si videris in bonis actibus con=
uerſantem ꝓximum tuum cõgratulare ei ⁊ illi=
us gaudium ad tuuȝ gaudiũ ducito. Si qđ au
tem patitur aduerſum. compatere ei. ⁊ illiꝰ tri=
ſticiam tuam triſticiã deputa. q.d. ſic oꝛnatur
aïa tua. Et beatꝰ Gregꝰ.vj.moꝛal̓. ad cõpaſſi=
onem hoꝛtat̃ veram. cum dicit. Viſitãs ſpeciẽ
ſuam non peccabit vt quiſqȝ in altero conſide=
rans ex ſeipſo colligat qualiter infirmitati al=
terius cõdeſcendat. Quinta v̓go a qua capien G
da ẽ pulchꝛitudo eſt miſericoꝛdia. ⁊ hec ſimili=
ter habet aliqđ pulchꝛitudinis et veritatis et
aliquid diſſoꝛmitatis ⁊ falſitatis. Signũ vere
miſericoꝛdie eſt cum aliq̃s ſibi ſubtrahere po=
teſt. Jnſuper ꝯtinuo laboꝛãs etiam ſup vires.
vt poſſit indigentibꝰ ſubuenire. Et vere miſeri
coꝛs ꝙ̃diu habet aliquid indigẽtibus ſubmini
ſtrat ꝙ ſi non faceret miſericoꝛdiã veram non
haberet. Juxta illđ Chꝛyſo. Quãdiu aliqđ ha
bueris omnibꝰ non ſuffeceris nondũ opus mi=

ſericordie compleuiſti. Sed ſignum falſe miſeri
cordie eſt cum neceſſitatem cuilibet ꝓ poſſe non
ſubleuat vel cum tribuit vt laudē humanā habe
at. vel qui pauca dāt vt maiora accipiant. de ꝗ
dicit Chryſ. ſup Matth. li. j. Omnia que nob
dat non ſolum nobis. ſed ⁊ etiam alijs per nos
dat deus. vt ex eo ꝙ a deo accipimus ꝑtem im-
petentibus faciamꝰ. Qui ergo de laboribus in-
digentibꝰ nō dat prandium. nō ſuū ſed alienum
manducat. De ſcđo dicit Augꝰ. ſuper pſ. Sunt
pleriq̄ʒ quos ſi pleriq̄ʒ rogant huc illucq̄ʒ circū
ſpiciunt niſiq̄ʒ teſtem viderint pecuniam nō tri-
buunt vel niſi ſolus teſtis fuerit in preſentia nō
libenter dant ſed manu ꝯtracta. O chriſtiane ſi
deum teſtem queris humanos oculos cur req̄-
ris? Cum ergo pauperi damꝰ nō quantū de no-
ſtro. ſed quaſi de chriſti dono tribuamus et tol-
lamus manus noſtras in ſancta vt quicquid fa
cimus faciamꝰ cauſa dei. De tertio dicit Hiero.
ad nepocium. Sunt qui parū pauperibꝰ tribu-
unt vt ampliꝰ accipiant ⁊ ſub ꝓtextu elemoſyne
diuitias querūt que magis venatio appellāda ē
ꝙ elemoſyna. Sic beſtie ſic aues capiunt̄ et pi-
ſces modici in eſcam ponunt̄ vt matronorum in
eo ſaculi ꝓtrahant̄. Hec Hiero. de vita clericoꝝ.
Idcirco accipe de miſericordia tanꝙ de v̓gine
pulchra id quod eſt pulchrius ⁊ dimitte qđ eſt
h turpius videlicet exercēdo opa miſericordie ꝓ-
pter deum vel corporaliter vel ſpiritualit̄. Cor
poraliter quidem infirmorum viſitatione. ſitien
tium potatione. eſurientiū cibatione. captiuoꝝ
redemptione. nudarū veſtitione. ꝑegrinoꝝ col
lectione. aduenarum mortuorum ſepelitione.
Uel ſpūaliter cum molleſtanti ignoſcit̄. peccās
corripitur. ignorās docet̄. inſipiēs cōſilio diri-
gitur. meſtus conſolat̄. ꝓ ſaluteq̄ʒ ꝓximi oīs in-
iuria patienter ſuſtinet̄. ⁊ hoc vltimo numerat̄
inter opera miſericordie. qꝛ per hoc feruor ira-
ti hominis mitigatur. Ideo dicit Iſiđ. de ſum.
bo. quo ſemꝑ impatiaris ⁊ ſi non ſemꝑ pecuniā
ſaltem gratiaʒ. De his Albinus diſt. xlv. c. tria
inquit. ſunt genera elemoſynarū. Una corpora
lis videlicet egenti dare quicq̄d poteꝛł. Alia ſpi
ritualis dimittere a quo leſus fueris. Tertia de
linquentem corrigere ⁊ errantē in viam verita-
tis inducere. Sexta virgo eſt modeſtia ⁊ ē in di
ctis vel factis. ⁊ ſm Tullium. ij. rheto. Tempe
rare animū ne īmoderate tendat in excelſa reꝑ
mere omnes delectationes ſuꝑfluas. reforma-
re appetitum delitioſum. Excludere omnē ſolli
citudinem ſuꝑfluam. ⁊ in omnibus talibꝰ tenet
modū. qꝛ ſemꝑ timet deū offendere ꝑ excelſum.
Ideo inquit Sapiēs. Finis modeſtie timor dn̄i
Prouerb. xxij. Ad hanc hortatur nos apoſto-
lus. Modeſtia inquit veſtra nota ſit omnibꝰ ho

minibus. Ad Phil. iiij. Septima ⁊ vltima ē hu I
militas que eſt cōuerſatio oīm virtutum. Iuxta
illud Greg. Qui ceteras virtutes ſine humilita
te congregat puluerē in ventū portat. Iſtiꝰ hu-
militatiſ ſunt aliqua pulchra ⁊ aliqua difformia.
Signum vere ⁊ pulchre humilitatis eſt quādo
hō tm̄ ſe deijcit ꝙ omni gratia indignum ſe ſen-
tit. vel qn̄ querit infimum locū infimos ſocios i
fimum officium ⁊ infima veſtimēta. ⁊ habet ſex
gradus. Primus eſt in omnibꝰ ſe deo ſubijcere.
Secundus ſe omnibus inferiorē iudicare. Ter
tius nulli iniuriam irrogare. Quartꝰ de illata i
iuria non dolere. Quintꝰ nulli malum ꝓ malo
reddere. Sextꝰ maledicentibꝰ benedicere vł be
nedicentibꝰ nō maledicere. De ꝑmo dic̄ Augꝰ.
li. xiiij. de ciui. dei. Pia inquit humilitas facit
hominē ſubiectum ſuꝑiori. nihil enim ſuꝑiꝰ deo
Ideo exaltat humilitas quia hominē ſubiectū
facit deo. de tribus alijs dicit in epiſtola ad Hi-
lariū. Tunc virtutē hūilitatiſ haberemꝰ ſi oībus
nos minores iudicaremus nec vltra alicui iniu
riam faceremus nec illatam nobis grauiter do
leremus. Et btūs Petrus etiam tangit quintuʒ
ſignū humilitatis cum dicit. nō reddētes malū
ꝓ malo ſcʒ in factis. nec maledictum ꝓ maledi-
cto. In v̓bis eni tūc ſm Anſhel. li. ſilitudinum.
Hō vere ē humilis qn̄ patient̄ ſuſtinet moleſtiaſ
ſibi illatas ſiue in maledictis. ſiue in malefactis
⁊ talibus conſequit̄ miſericordiā a deo ꝙ oſten
dit idē ꝑ ſilitudinē. Si aliq̄s ſeruorū alicuꝰ dn̄i
diſcreti peccaſſet in eum ⁊ diū multi ſibi fierent
moleſtie ſi nō reclamaret nec inde murmuraret
Sed ſe potius iuſte talia pati diceret citiꝰ apđ
dn̄m miſericordiā inueniret. Nos itaq̄ʒ ait Anſ
helmꝰ. quia multa cōtra creatorem nr̄m cōmi-
ſimꝰ tanto humiliari ſtudioſiꝰ debemꝰ ꝙto ma-
gis indulgentia nos īdigere videmꝰ vt poſſimꝰ
cuʒ pſ. dicere. bonū mihi qꝛ humiliaſti me. hec
ille. Et nō ſolū nō debemꝰ malū ꝓ malo redde-
re. ſed ⁊ maledicentibꝰ benedicere. Roma. xij.
hoc ſignum humilitatis docuit xp̄s verbo ⁊ ex
emplo cum maledicenti ⁊ ꝑcuciēti dixit. Si ma
le locutus ſum de malo perhibe teſtimonium.
Joh. xviij. Et quare debemus maledicētibꝰ bn̄
dicere. oñdit apl̄s Petrꝰ rōnē dicens. Quia in
hoc vocati eſtis vt bn̄dictionē qua dn̄s bn̄dicet
iuſtis. Matth. xxv. Venite bn̄dicti hereditateʒ
poſſideatis. q. d. Qui vocati eſtis ad eternā he-
reditatem ⁊ expectatis eternam benedictioneʒ
iuſtū eſt ꝙ ꝓ maledictione bn̄dictionē reddatis
Sed hec ſunt ſigna vere humilitatis. Sed ſigna
falſe humilitatis ſunt per contrarium. Cū quis
ſe non vult deo ſubijcere nec inferior apparere. K
⁊ ſic de alijs. de tali dicit Sapiens. Ecci. xix.
Eſt qui nequiter ſe humiliat. glo. vt hoies ma-

gis decipiat ⁊ interiora eius plena ſunt dolo et iniuſticia. Eccl. xix. Accipe ergo ab hac virtute illud quod eſt pulchriꝰ ad ornatũ tue aie vt coram deo ornatus in celeſti patria appareas ad quam nos perducat pater ⁊c.

¶ De eadem dñica. Sermo ſcdus.

Aſcendẽs ieſus ĩ vnã nauim que erat Simonis rogauit eũ a terra reducere puſillũ. Luc. v.
L
Ariſto. in pbleumatibꝰ dicit ꝙ nauis pfundiꝰ aque immergit duz appropinquat litori vel eſt circa litus quã in pfundo in medioqꝫ aquarũ. Et ratio eſt quia ĩ medio aque cõſueuerunt eſſe pfunde in quibus naues minꝰ immerguntur. Sed ſecus eſt in litore. Moraliter p nauem intellige animã humanã. Juxta illud Prouerb. vlt. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panẽ ſuũ. Quilibet enĩ inſtitor ſpũalis eſt hõ ⁊ mercator. Juxta illud Luc. xix. Negociamini duz venio. ſuper quo dicit btũs Berñ. in ſermone de ſpũali negociatione. libẽter amplector negociationẽ tuã qꝛ negociũ meum eſt. In his negociatiõibꝰ pcipis eſſe animã meã vt ſit nauis inſtitoris de longe portans panẽ ſuũ. Negociabor dũ venias veniẽti letus occurrã ⁊ vtinã letus audiã. euge ſue bone ⁊ fidelis. hec ille. He inquit naues videlicet humane aie. quãto plꝰ accedũt ad litus btitudinis ⁊ ſalutis. tanto plus immergunt aqs temptationis ⁊ tribulationis vt interdum deſperare videantur. Juxta illud Greg. in moral. li. x. Sepe nanqꝫ tot temptamenta nos obſident vt ipſa nos eoꝝ numeroſitas penitꝰ ad lapſuz deſperatiõis iclinet. ⁊ hoc nõnunꝙ pcurat diabolus q̃ toto conamine nitit fideles ĩpedire ne ad litus btitudinis eterne poſſint de via mundi puenire. Sicut figuratũ eſt Numeri. xxj. vbi legitur ꝙ Arad rex chananeorũ ĩpediuit filios iſrl in trãſitu ad terrã pmiſſiõis ⁊ exiſtẽs victor duxit ex iſrael predam. Nam Arad interptat deſcendens ⁊ ſignificat diabolũ qui deſcendebat de celo empyreo in quo creatus fuerit in aerez caliginoſum. vt deducit magiſt. li. ij. ſententiaꝝ diſt. vj. c. j. ⁊. ij. vt ſit cauſa exercitatiõis qui videns fideles per filios iſrael deſignatos ad terram viuentium anhelare nititur. eos impedire aliqñ debellat. eos in peccatis ſubmergit ⁊ captiuos eos abducit. Sed quia varius eſt euẽtꝰ belli. ideo fideles non debent deſperare. ſed cũ adiutorio dei fortiꝰ vires reſumere ⁊ ad nauem penitẽtie ſcẽ ⁊ vnitatis alme matris eccl'ie ꝯcurrere ⁊ eã aſcẽdere vt ſic poſſit naufragiũ euadere iuxta v̓ba thematis allegati. Aſcẽdẽs Jeſus in vnã nauim. in hoc dedit nobis chriſtꝰ exẽplũ duplex. primũ ſalutaris penitẽtie ibi. aſcendẽs in nauim. ſcdm v̓tualis obediẽtie ibi. que erat Simonis petri. Nam Simon interptat obediens. Circa quod notandũ ꝙ quadruplex eſt nauis. prima penitẽtia virtualis. ſcda eccl'ia vniuerſalis. tertia crux triumphalis. quarta mens rõnalis. Prima ergo nauis in quam aſcendere M
nos oportet vt vnuſquiſqꝫ naufragium euitet ẽ penitẽtia v̓tual. Vñ Holcot ſup li. ſap. lec. lxiij. dicit ꝙ ſtatꝰ penitẽtie quẽ iã inchoamꝰ compat naui triplici rõne. ppter figure qualitatẽ. vecture cõmoditatẽ. iacture poſſibilitatẽ. Primo igit pter figure qualitatẽ qꝛ nauis figura ſtricta ẽ in extremis ⁊ lata in medio. Iſto modo ẽ de penitentia qꝛ in pncipio difficilis pter defectum aſſuefactionis ⁊ reſiſtentiã carnalis delectationis. Quia Matth. vij. dicit. Arta eſt via. ſ. penitentie que ducit ad vitã ⁊ pauci ambulãt p eã. Contra quẽlibet illorũ dicit Chryſ. in ſermone. Quid igit o hõ times penitẽtiã nihil in ea durũ eſt q̃n etiam refectionẽ habeat. cum guſtaueris tunc pſenties qm̃ ſuauis eſt odor eius naribus ⁊ ſapor eiꝰ faucibꝰ. non ergo eam expaueas ſed eſto in pceſſu eius pmptior. in ope paratior. in amore ppenſior. hec ille. In fine etiã penitẽtia ẽ anguſta. quia diabolꝰ inſidiat fini iuſti cuiuſcũqꝫ. Nam fini chriſti inſidiatꝰ ẽ vt dicit glo. ſuper Job. vj. Exiuit piſcis imanis ad deuorandum eum. dño inquit in cruce paſſo diabolꝰ quo moriente crucifixus erat. aduenit vt ſi q̃d peccati in eo inueniſſet. vñ mors eſt illa anguſta porta de qua dicit Luc. xiij. Contendite intrare p anguſtam portam. iſta porta eſt ita ſtricta ꝙ nullꝰ oneratꝰ diuitijs nullꝰ impinguatꝰ delitijs. nullus adornatus veſtibꝰ pcioſis poterit pertrãſire donec omnia deponat ⁊ nudus euadat. Jux illud Job. j. Nudus egreſſus ſum de vtero mrĩs mee nudus reuertar illuc. i. in terram que ẽ mater omnium terrenorum. In medio ẽ penitentie via aliquãtulum ampla. Vñ Gregꝰ. Via domini nõ niſi in arto itinere inchoat. Sz in amoris dulcedine dilatatur. De his vijs dicit Prouer. iiij. Ducã te p ſemitas equitatis quas cum ingreſſus fueris nõ artabunt greſſus tui ⁊ currẽs nõ habebis offendiculum. vbi dicit glo. ſemite eq̃tatis cum inchoant arte videntur ⁊ anguſte. cũ vero pfectũ ſtatũ capiunt iaz ex cõſuetudine ſpecioſe vident et late. ideo p diuerſo tpe dicebat Dauid pſ. cxviij. Viam mandatoꝝ tuoruz cucurri cum dilataſti cor meum. Et iterum pp v̓ba labiorũ tuorũ cuſtodiui vias duras. Econtrario mali homines ingrediuntur latam viam in pncipio poſtea in pceſſu artabuntur. Juxta